

244—248.

39

246. (Reg. 1434.)

Donatio Riphuini et Giselhelmi. In Basinsheim. Anno X^o regni d(om)ni nostri Karoli magni. Gundelando abbate.

Bl. 41r.

In Christi nomine nos Riphuinus et Giselhelmus, donamus ad sanctum dei Nazarium mem. qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio quod uocatur Laur. super fluuium Unissecz situm, hoc est rem meam in pago *Rinahgowe*, illud pratium quod contiguum est prato sancti Nazarii, a die presente tradimus, atque transfundimus, ita ut ab hac die et deinceps ad ipsum sanctum locum, uel ad agentes ipsius, omni tempore proficiat in augmentum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., sub die V kl. iulii, et tempore quo supra. Sig. Riphuini, et Giselhelm, qui hanc donationem fecerunt. Ego Grimarius rogatus scripsi.

778 Juni 27.

247. (Reg. 440.)

^{a)}Uenditio Riphuini prefati in Basinsheim. Facta anno primo d(om)ni nostri Karoli magni. Gundelando abbate.

768 Okt. 9 bis
769 Okt. 8.

Ego Riphuinus fateor me uobis uendi[di]sse, de terra arabili iurnales III^{or} in *Basinsheimer* marcha, et accepi a uobis in pretio iuxta quod nobis co(m)placuit atque conuenit, caballum unum, et memoratam terram uestro misso presentialiter tradidi possidendum, et loca singula ubi iacebant assignaui, ita ut ab hac die habeatis iure habendi, tenendi, donandi, co(m)mutandi^{b)}, uel quidquid exinde facere uolueritis libero perfruiamini arbitrio. Si quis uero quod futurum esse minime credo, et reliqua omnia ut supra, usque: Actum in monasterio Laur., sub die et tempore quo supra. S. Riphuini²⁾, et Giselh[elmi]¹⁾, qui hanc uenditionem fecerunt. S. Racchionis¹⁾²⁾, Ciluuardi.¹⁾²⁾. Ego Samuel rogatus scripsi.

248. (Reg. 737.)

Donatio Altramni pri. et Autberti in eadem m[arca]. Anno IIII^o regni d(om)ni nostri Karoli magni, gloriosissimi imperatoris. Gundelando abbate.

772 März 17.

In Christi nomine sub die XVI kl. aprilis, anno IIII regni d(om)ni nostri Karoli regis. Ego Altramnus pbr. et germanus meus Autbertus, pro dei intuitu, uel pro anime nostre remedio, et pro eterna retributione, ut ueniam de peccatis nostris adipisci mereamur, per hanc cartulam donationis, donamus ad ecclesiam sancti Petri, uel sancti Nazarii mris. qui requiescit in corpore in pago rinensi, in monasterio Laurenscham, uel ad illos seruos dei qui ibidem deseruire uidentur, ubi uir uenerabilis Gundelandus abba preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolumus, et promptissima uoluntate confirmamus. Hoc est rem nostram in *pago rinensi* in *Basinsheim* super riuulo *Liutra*, tam mansis, campis, terris, pratis, pascuis, peruiis, siluis, uineis, domibus, edificis, basilicam, que est in honore sancti Michahelis constructa, cum adiunctis adiacentiis, farinariis, aquis, aquarumue decursibus, cultum et incultum, omnia et ex omnibus, totum et ad integrum tam de co(m)parato uel de quolibet attracto, ^{c)}nostra in eadem uidetur esse possessio, a die presente de iure nostro, in ius et dominationem sancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus, ita ut

a) Ein zweites U getilgt. b) com- verb. aus tom-.

c) Anscheinend fehlt quidquid oder quantumcumque.

247] ¹⁾ 235. ²⁾ 253.